



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

334. feria 6. de alijs perfectionibus divinis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

596 FERIA 5. DOMIN. 23. POST PENTECOST.

7. **DEVS** Revelans profunda Fidei mysteria. Verba DEI sunt reliquiae optimae; amicus enim amicum amicitiae commonens, affectum affert memoriã tenendum, non vestem, aut locum. Ita Dominus S. Gertrudi lib. 3. cap. 54. *Da sagittatus charitate tuã geram verba tua transfixa visceribus.* Ait S. Augustin. supra citatus.

8. **Deus Rex est.** Melius est servire Deo Regi, quã cupiditati, ut melius est vigilare, quã dormire. Hãc cognitione conversus est August. lib. 8. Conf. cap. 5. Offeram huic Regi nardum subjectionis affectuosa, ex agnitione mei, & charitate Dei, ait Bern. serm. 52. in Cant.

9. **Deus est Salus nostra per Christum.** Sicut or cibum, ita Christus generis humani salutem desiderat, inquit Chryost. hom. 35. in Josum. Salus principium est esse in gratia, perditionis eã carere.

10. **Deus est Sanctus.** Si per impossibile posset apprehendi, cadere posse in Sanctitatem Dei peccatum aliquod, ipsa ejus Justitia infinita ad infinitam ejus contra se vindictam eum impelleret.

MEDITATIO CCCXXXIV.

FERIA 6. DOMIN. 23. POST PENTECOSTEN.

De alijs perfectionibus divinis,

Claudam

tertia 6. Dom. 23. post Pentecost. 197

Claudam oculos meos creaturis, ut Deū
suis velatum videam, & sine linguæ sono,
sine voce Angeli, sine strepitu audiam, quem
loquuntur perfectiones ejus. Petam eas in-
telligere, & in flammis dilectionis illarum
insilire.

1. Deus est *Satiatus*. *Luxuria satietatem se-
cupit vocari: Tu es plenitudo, & indeficiens co-
piā incorruptibilis suavitatis.* S. Augustin. 2.
Confess. 6. *Quid est tota terra, mare, cælum,
sidera, Sol, Luna, quid exercitus Angelorum?
Omnium istorum Creatorem scio, ipsum esurio,
ipsum sitio, inquit idem serm. 16. de Verb.
Apostolorum.*

2. Deus est *Sapiens*. *Curiositas affectare
videtur studium scientiæ: Cum tu omnia summò
reveris, S. August. 2. Conf. 6. Infelix homo, qui
scit omnia, te autem nescit: Beatus, qui te scit,
nisi illa nesciat. Lib. 5. Conf. cap. 5. Quid
est, queso, Sapiencia Christiani? Quid nisi timor,
& amor Christi? ait Salvianus lib. 4.*

3. Deus est *Simplicissimus*. *Ignorantia sim-
plicitatis & innocentia nomine tegitur: Te sim-
plicitate quidquam non reperitur, quid autem Te
innocentius, quando quidem opera tua malis ini-
mica sunt? S. August. 2. Confess. 6.*

4. Deus est *Spes*. *Omnis, qui rectè credit,
aliquid sperat, & qui sperat, sustinet, ne à spe
excidat, S. August. serm. 4. de Charit. Gaudia
mentis*

598 *Feria 6. Dom. 23. post Pentecost.*

mentis sunt majora delectationibus corporis; quia homines à maximis voluptatibus carnis abstinere, ut non perdant honorem, quod est bonum intelligibile ferax gaudij, igitur bonum intelligibile maximum Deus erit causa majoris gaudij, hic Deus nobis promissus est, ergo gaudium Spei Dei superat omne gaudium. *Eà Spe gaudeo, quando sanè gaudeo.* ait S. Augustinus lib. 10. Conf. 1.

5. Deus est *Spiritus*, quia habet esse *perfectissimum*. Si fulmen materiale tam subtile, & horridum, quid erit Spiritus Dei? Vento nihil magis contrarium, quam non flare, & Deo non inspirare; tunc bene agis, si à bono agaris. S. Augustin. serm. 13. de Verb. Apost.

6. Deus est *Spiritus sanctus*. Spiritus, id est, impulsio; Sanctus, id est, ad omne, quod in Deum ordinatur. *Infirma est omnis anima, nisi Spiritus sancti virtute sit roborata,* ait D. Gregor in Psalm. 50.

7. Deus est *Susceptor*: suscipit perditos, Nullus speravit in Domino, & confusus est, Eccl. 6. Non confundas me ab expectatione mea.

8. Deus est *Suavis*. Suavitas sicca est in regimine forti, non usque ad asperitatē: Suavis, non usque ad laxitatem. Accommodare se rerum naturis, & propensionibus, non imponere impossibilia: Errantes sic corrigere,

Pentecost.

is corpo-
ptatibus
onorem,
x gaudij,
um Deus
us nobis
Dei supe-
ro, quando
Conf. 1.
esse perfi-
a subtile,
? Vento
n flare, &
si à bono
b. Apost.
iritus, id
ne, quod
is anima.
a, ait D.

perditos,
fusus est,
expecta-

est in re-
ē: Suavi-
modare
non im-
dirigere,
us

Feria 6. Domin. 23. post Pentecost. 599

ut ipse de se vindictam relinquat, iamque electas imminuat poenas, & soletur. O suave jugum Dei, quod ita operatur.

9. Deus est *Suscitator*, qui suscitatur mortuos, donec aspiret Deus. Triplex est dies (inquit S. Bernard, ferm. 72 in Cant.) *in- spirans, pro corporis vita: respirans, in sanctifi- cationis gratia: Aspirans, in resurrectionis gloria. Vivificabit nos post duos dies.*

10. **DEVS** est *Sanctissima Trinitas*: quia bonum diffusivum sui, igitur infinite bonus, infinite sui diffusivus, non productione crea- ta, quæ respectu Dei nihil est: igitur increata productione infinite perfectâ, perfectior au- tem productio est, quæ manet in producen- te, qualis est in Deo: Uno in natura, Trino in Personis. *Attenuati sunt oculi mei suspicien- tu in excelsum. Isai. 38. Adoramus te, &c.*

MEDITATIO CCCXXXV.

Sabbato Domin. 23 post Pentecost.

De reliquis perfectionibus divinis.

Videbo Deum, patriam nostram, unde ex- cidimus: Civitatem, ad quam tendimus: lectum, ad quem quietis gratiâ festinamus. Petam de corporû exilio transferri ad regio- nem spirituum, ut adhæreâ summo spiritui.

1. Deus est *Terribilis*. *Sevitia potestatem ti- meri vult: quis autem timendus, nisi unus Deus,*
cujus